

LVCVLENTA
COMMENTARIA
IN SINGVLAS
REGNI NEAP. PRAGMATICAS
SANCTIONES

CVM DECLARATIONE IVRIS COMMVNIS
per eas confirmati, ampliati, limitati, correcti, aut
quomodolibet innouati.

DECISIONIBVS SVPREMORVM TRIBVNALIVM
Suis quibusquè locis in dubijs, vsuquè frequentibus quæstionibus copiosè adiectis.

A V T H O R E
S C I P I O N E R O V I T O
OLIM ADVOCATORVM FACILE PRINCIPE,

*Pollebat ob virtutis, ac scientiæ præmium inter Confiliarios Regios cooperto, deinde ad Reg. Cam. et
ad munus Præsidentis translato, tandem summo à latere Confiliario, &
Regiam Cancellariam Regente creato.*

S E X T A H A C E D I T I O N E D I L I G E N T I V S Q V A M A N T E R
Expurgata, & correctæ.

OMNIBVS IN FORO VERSANTIBVS AD VERÆ PRAXIS FORENSIS COGNITIONEM
& eruditionem summo præ necessaria.

ACCESSERE PRÆTEREA
AVREÆ ADDITIONES IOANNIS LAGANARII
I.C.Neap.eiusdemq; Commentaria ad Pragmaticas aliquas, à D. Regente non commentatas.

*Adiecto quadruplici Indice, Rubricarum, & Pragmaticarum, Materiæ, Locorum Iuris Pontificij,
Romanorum, & Regni explanatorum, Postremaq; Additionis.*



CVM PRIVILEGIO REGIO

P. Ant. J. J. J.
Num. . . 44.
Caso. . . 6.
Num. . . 20.

NEAPOLI Typis Iacobi Gaffari. M. D. C. XXXIX
EXPENSIS IO. DOMINICI BOVE.



O VIRTVS.

Anagramma.

*S*am statuenda diu sis est sub iudice, Virne

*V*irtuti dederit nomen, an illa viro?

*I*n tamen hanc dirimes licet Vir magne ROVITVS,

*S*i vertas quo te nunc grammata ROVITVS habet.

*V*erte ergo, et dirime hanc litem, Vir magne ROVITVS.

O VIRTVS versum iam tibi grammata dabit.

SCIPIO ROVITVS.

Anagramma purum.

O, SCRIPTIS VIVO.

*S*i validis vixit, Tydides gloriis armis;

O, SCRIPTIS, mundi limite, VIVO meis.

IOANNES LAGANARIUS BENEVOLO LECTORI.



Commentaria hæc *Domini Regentis* quinquies impressa, cum studiosorum aviditate defecissent, velletque Magnus Ioannes Dominicus Boue, vir sanè literis præstans, ac Literatorum studiosus, sexta hac editione publicæ necessitati, ac voto consulere, cupiebat novitate aliqua id peragere, ut nova hæc impressio, ab alijs superioribus differret, nec possent alij, sine additione vtiliter eadem Commentaria Typis demandare, à me petijt, ut aliquid novi ab ipso *D. Regente*, vel etiam à me lucubratum (quale quale fuisset) præstarem. Promisi eius votis in aliquo satisfacere, promissionis tamen statim penituit, Cogitabam enim id tractari, in quo publicæ omnium Literatorum censuræ tenuis ingenij mei vires exponerentur, quæ tamen, si in abscondito delitescerent, meam ignorantiam, ac imbecillitatem ingeniosè operiebant, ipse verò (quales quales fuissent labores) semper privatam aliquam capturus essem utilitatem. Promissis tamen stare necesse fuit, nec ab eis sine verecundia resilire potui. Quamobrè nonnulla ipsius *D. Regentis*, ac alia, quæ Ego in dies, eius opera volitando, aliorumque *Doctorum* volumina, perlegendo adnotaveram, cursim collegi, ac imprimenda tradidi. Scio, quod multi erunt notantes, mordentesque multi, ac unusquisque suam obijciat censuram, si non maledictionem. Dicant tamen quicquid velint, arguant, redarguant, iure, vel iniuria; (*Sapientibus enim, & Insipientibus debitor sum*, ut inquit *Apostolus*) Mihi enim uerò erit satis, omnia ad Summi Dei Omnipotentis laudem, & gloriam elaborasse; Ideoque amantissime Lector, si quid bonum, & utile inueneris, ipsi Deo, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ, & scientiæ absconditi referas, & si quid verò inutile conspexeris, humanæ imbecillitati, meæque ignorantiae adscribas, & Vale.

SCIPIONIS ROVITI I. C. NEAPOLITANI, OLIM INTER PRIMARIOS ADVOCATOS CELEBERRIMI,

Prius Regij Consiliarij, deindè Regiæ Camerae Præsidentis munere functi.

Postremò Collateralis Consilij, & Regiam Cancellariam Regentis

Super eiusdem Regni Pragmaticis COMMENTARIA incipiunt.

ACCESSERE VOTA EIVSDEM D. REGENTIS
AB ALEXANDRO FILIO EXTENSA,

ET ADDITIONES IOANNIS LAGANARII I. C. NEAPOLITANI
Super iisdem Commentarijs suis locis repositæ.

PROOEMIUM.

RE RV M S V M M A.

1. *Auctor ad Pragmaticarum interpretationem cur processerit, ratio offertur.*
2. *Pragmatica quid sit, & unde dicatur.*
3. *Sanctio propriè quæ dicatur.*
4. *Sanctio est una ex partibus, ex quibus lex, vel Pragmatica constituitur.*
5. *Promissum legis quid sit, quid constitutio, quidquæ sanctio declaratur.*
6. *Legum promulgandarum introductio, ut Reipublicæ fructum afferat, quæ, quot, & qualia considerentur, traditur remissivè.*
7. *Pragmatica plures renovata in hoc volumine adsum.*
8. *Pragmatica renovata non solum post renovationem, sed etiam à tempore eorundem editionis ligant.*
9. *Pragmaticarum volumina tant à Proregibus, tum etiã ab ipso Rege immediatè editas Pragmaticas, à Proregibus tamen executorias continet.*
10. *Rex absens ubi novam vult promulgare legem, Proregi suum consilium communicare convenit.*
11. *Contraveniens Pragmaticis an mortaliter peccet, remissivè.*
12. *Pragmatica abrogatæ cur in hoc tractatu fuerint inserigatio.*
13. *Lex recepta per populum non rsum haud abrogatur, sed contrariis exquiritur rsum.*
14. *Autor cum ordinem in rubricarum istius voluminis collocacone observavit, quem Iustinianus in Codicis, & Summus Pontifex in sexti Decretalium compi-*

lacione observasse deprehenduntur.

15. *Pragmatica si aliquo modo postposita in hoc volumine reperiantur, non est Compilatori eribendum, & quare.*
16. *Pragmatica ad sui substantiam scripturam haud exquirunt, licet scriptura sit de forma accidentali illarum ad inducendam obligationem.*
17. *Pragmatica quàm plures huiusce voluminis vulgari sermone editæ cur fuerint ratio.*
18. *Proreges in Pragmaticarum promulgatione possunt tradere generalem formam consentaneam prioribus legibus, non autem contrariam.*



N E parvulum illud talentum, quod mihi à Domino traditum est, in subterraneis cuniculis cum seruo nequam abscondisse videar, dum cum duplicato superfluo illud ad instar cæterorum restituere mea demerita non concesserint, volui ab eruginis saltè corrosione liberum pro vitiis sermo sic videri. Ea igitur, quæ ad elucidationem Pragmaticarum huius Regni summis vigilijs ex Aduocationis munere quasi solum subtrahis pro mea eruditione excerptimodò ad aliorum utilitatem in vnum redecta in lucem edere non pigebit. Inuocato tamen patris Numine sanctissimi nominis Domini nostri Iesu Christi, qui Sapientia, & Veritas est.

Et quia agitur de interpretatione Pragmaticarum huius Regni, ne sub ignorantia ipsius rei, de quas